Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



Illuminare illuminare ierusalem quia ℣
venit lux tua. Et gloria domini super te orta est.
℣ Et ambulabunt gentes in lumine tuo et
reges in splendore ortus tui. Et gloria.
Sed in omnibus signis que uel natale domino uel nouente monstrata sunt considerandum nobis est quanta fuerit in quorundam uidelicet magorum corde diuina que hunc nec per ministerium domini nec per miracula agnouerunt. Omnia quippe elementa auctorem suum uenisse testata sunt. Vt enim de eis quidam usu humano loquar: dum hunc esse cognouerunt quia protinus stellam miserunt. Mare cognouit: quia sub pedibus eius calcabile se prebuit. Terra cognouit: quia eo monente contremuit. Sol cognouit: quia lucem suam tradito abscondit. Sam et parietes cognouerunt: qa per mortis eius scissa sunt. Inferus cognouit: quia hos quos tenebat mortuos reddidit. Et tamen hunc quem omnia insensibilia elementa senserunt. ad huc infidelium uiuorum corda deum et hominem cognoscunt: et diuina saxis sensu ad penitentiam nolunt. cumque confiteri abnegant. quia elementa ut diximus aut signis aut sessionibus deum clamant. Quam ad damnationis sue animum eum quem natum delpiunt natum longe ante psenserunt: et non solum quia nascitur nouerunt sed etiam ubi nascitur. qa ab herode requisiti loctum natiuitatis eius expimunt. quem scripture auctoritate didicerunt: et testimonium perhibent qd in bethleem ipso natum natiuitate nouum dominum offerunt. ut ipsa eorum gemina sententia illis fiat testimonium damnationis: et nobis adiutorium credulitatis. Tu. ℣ Tria sunt munera preciosa que obtulerunt magi domino in die illa habent in se diuina mysteria. In aurum ut ostendatur regis potestas in thure sacerdotem magnum considera et in myrra dominum eum sepulturum. ℣ Reges tharsis et insule munera offerent reges arabum et saba dona adducent. In aurum ut os.

Sed natiuitate regis nimis cognita herodes ad callida argumenta conuertitur. ne terreno regno priuatus renunciari sibi ubi puer inuenitur postulat. adorare se uelle simulat. ut quasi hunc si inuenire possit extinguat. Sed quita est humana malicia contra consilium diuinitatis. Herodem nanque est. Non est sapientia. non est prudentia. nec est consilium contra deum. Nam et que apparuit stella magos ad ipsum poduxit. natum regem reperiunt. munera deferunt. et ne redire ad herodem detrahant in somnis admonentur. sicque fit ut illum quem herodes inuenire non possit. Cum ipsorum qui alii quibus ypocrite designantur. qui dum fieri querunt inuenire dum nimis mentiuntur. Magi ergo aurum thus et myrra deferunt. Aurum quippe regi congruit. thus uero in dei sacrificium ponebatur. myrra autem mortuorum corpora condiuntur. Cum ergo magi quem adorant eiusdem mysteriis muneribus predicant. Aurum regem. thure deum. myrra mortalem. Nos tanque tanto domino offeramus. au-